



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0775

Sabato 23.11.2013

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE
DEL PRIMO CENTENARIO DELL'ISTITUZIONE DELLA PROVINCIA ECCLESIASTICA DI
MANAGUA (MANAGUA, NICARAGUA, 2 DICEMBRE 2013)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DEL PRIMO
CENTENARIO DELL'ISTITUZIONE DELLA PROVINCIA ECCLESIASTICA DI MANAGUA (MANAGUA,
NICARAGUA, 2 DICEMBRE 2013)

In data 5 ottobre 2013 è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Jorge Liberato Urosa Savino, Arcivescovo di Caracas (Venezuela), ad Inviato Speciale del Santo Padre alle celebrazioni conclusive del primo centenario dell'istituzione della Provincia Ecclesiastica di Managua (Nicaragua), che avranno luogo il prossimo 2 dicembre.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Don Julio César Arana González, dell'Arcidiocesi di Managua; parroco della Parrocchia di *San Judas Tadeo* a Managua e Vicario giudiziale dell'Arcidiocesi;
- Rev.do Don Alfonso Alvarado Lugo, della Diocesi di Granada; Rettore del Santuario nazionale di *Jesús del Rescate* a Rivas e Vicario penitenziario della Diocesi.

Riportiamo di seguito la Lettera del Papa al Cardinale Jorge Liberato Urosa Savino:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro
GEORGIO LIBERATO S.R.E. Cardinali UROSA SAVINO
Archiepiscopo Metropolitae Caracensi vel S. Iacobi in Venezuela

Metropolitana Ecclesia Managuensis quam Praedecessor Noster sanctus Pius X, illius regionis fidelium pastoralibus prospiciens necessitatibus, die II mensis Decembris anno MCMXIII Constitutione *Quum iuxta apostolicum effatum* condidit, grato animo centenariam celebrat institutionis memoriam. Dilecti istius ecclesialis communitatis fideles, Venerabili Fratrem Leopoldo Iosepho Brenes Solórzano, diligenti sacrorum Antistite moderante, hunc eventum recolentes, spiritale iter assidue prosequuntur Domini vocem studiose auscultantes. Multa revera adimplentur incepta, potissimum his postremis tribus annis pastoralis praeparationis, quae non solum hac in Metropolitana Ecclesia, sed etiam tota in Natione efficiuntur ut omnes Domini largitatem clare

laudent atque incitamentum ad renovatam vitam experiantur sub Christi lumine assidue sequendam.

Memoratus Archiepiscopus Metropolita Managuensis humanissime rogavit ut aliquis eminens Vir mitteretur qui Summi Pontificis vices Managuae gereret Eiusque erga istum gregem dilectionem manifestaret. Ad Te autem, Venerabilis Frater Noster, qui Metropolitanam Ecclesiam Caracensem vel S. Iacobi in Venezuela prudenter moderaris, mentem Nostram vertimus Teque hisce Litteris **MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM** nominamus ad conclusionem dictarum celebrationum, quae in urbe capite Nicaraguae die II proximi mensis Decembris sollemni modo perficietur.

Celebrationi praesidebis Eucharistiae in cathedrali aede Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis atque Archiepiscopum Metropolitam aliosque sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque, publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro salutabis nomine. Omnes adstantes sermone tuo ad assiduam Christi vitae imitationem cohortaberis. Optamus denique ut cuncti, insignem Metropolitanae Ecclesiae Managuensis historiam recolentes, novis viribus novoque studio peculiarem dilectionem erga Christi Ecclesiam et Evangelium demonstrent atque fidei alacritate in cotidiana vita emineant.

Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, intercedente sancto Pio X, in tua missione implenda precibus comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittes.

Ex Aedibus Vaticanis, die XII mensis Novembris, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[01744-07.01] [Testo originale: Latino]
